



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 24. Turbæ in Hungaria post Hunniadis obitum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

prehendit, captumque Melodunum ab Sæcul. XV.  
 duxit, ut Connestabilis ibidem ejus caus- A.C. 1456.  
 sam discuteret; accusabatur enim, quod  
 Anglos ad iteratam in Gallias eruptio-  
 nem sollicitasset, quin imo cum Angliæ  
 Rege fœdus pepigisset, quo eidem tran-  
 situm in Normanniam per urbes, quas  
 ad oram maris possideret, se daturum  
 pollicitus esset. Ad hæc Comes Con-  
 nestabili respondere recusabat, ab ipso Re-  
 ge audiri postulans, ad quem etiam per-  
 ductus, prolixum cum eo sermonem ha-  
 buit, haud feliciore tamen successu,  
 quam quod soluto colloquio rursum ad  
 carceres suos deductus esset, ubi solido  
 biennio hæsit, discussis interea cauſſæ  
 ſuæ actis, quibus tandem debite instru-  
 etis, Carolus VII. Ducibus & Paribus  
 ſententiam ferentibus illum capite ple-  
 ſtendum decrevit; Nihilominus mortis  
 ſententia in pérpetui carceris poenam,  
 quam in Lochiæ caſtro ſubire teneretur,  
 commutata eſt.

#### §. XXIV.

#### *Turbæ in Hungaria post Huniadis obitum.*

Defuncto Joanne Huniade, mutata e-  
 rat in Hungaria rerum facies, & pri-  
 ſtinæ ſimultates, quas Huniadis Filii ad-  
 versus Ulricum Ciliæ Comitem foverant,  
 denuo

**Sæccl. XV.** denuo in apertas erumpebant flamas;  
A.C. 1456. natu enim major Huniadis Filius populo suo in paucis carus Ulricum e medio tollere constituit. Interea Ulricus cum Ladislao nepote suo Albam græcam profectus, regni administrationem sibi vendicare moliebatur, eoquod Huniades potentissimus ipsius æmulus morte sublatus esset. Verum oportuit prius duos illos Huniadis Filios regno pellere; hi enim eam urbem valido præsidio munitam tenebant. Cum vero Ulricus consilia sua per utriusque potentiam vehementer præpediri haud esset ignarus, hinc opem in calumniis quæsivit, eorumque famam apud Ladislauum Regem labefactare conatus est. Ast Hungari tam probrosæ rei indignitate commoti in calumniatoris necem conspirarunt, nihil *Thuros cap. 58. & seq.* eos remorante regii sanguinis reverentia; Ladislai licet, qui eorum Rex erat, avunculus esset.

### §. XXV. Ulrici Cilicæ Comitis cœdes.

Igitur Hungari Ulricum, qui unacum Rege in Ecclesia rei divinæ intererat, die undecima Novembris divo Martino sacra, ad abditure quoddam conclave evocant, & post quædam inter ipsum & Huniadis Filium natu majorem duriora verba, Ulricum multis vulneribus confossum interimunt.

*An. Sylv.  
cap. 253.  
& Hist. Boh.  
cap. 66. & seq.*